

## **24. Procès de sorcellerie intenté contre Pierre des Sauges alias Menetrey, de Dommartin**

### **1498 novembre 13 – 24. Château de Dommartin**

**Résumé :** Pierre des Sauges alias Menetrey, de Poliez-le-Grand, détenu au château de Dommartin, comparait le 13 novembre 1498 devant le vice-inquisiteur François Fossaud. Le lendemain, suite à la deuxième monition, l'inculpé reconnaît avoir fréquenté des hérétiques et être soupçonné comme tel parmi ses voisins ; mais il nie être hérétique, et persiste dans son refus après avoir été confronté à ses accusateurs François Marguet et Isabelle Perat. Le 15 novembre, il est à nouveau interrogé et confronté à son accusatrice Marguerite Diserens, sans pourtant avouer, et il fait de même le lendemain, malgré une quatrième monition supplémentaire. Après un délai de cinq jours, le 21 novembre, Pierre comparait à nouveau devant la cour, mais il refuse de passer aux aveux. Ce même jour, le procureur de la foi demande la sentence interlocutoire afin de soumettre Pierre à la question ; la sentence sera rendue par la cour et exécutée immédiatement, sans pour autant obtenir les aveux de la part de l'inculpé. Le lendemain, après une deuxième séance de torture, l'inculpé avoue. Il poursuit ses aveux les 23 et 24 novembre et il dénonce dix-neuf personnes (11 hommes et 8 femmes). Le 24, le procès se clôt suite à la dernière ratification. Les actes s'arrêtent ici, mais nous savons que Pierre a été finalement condamné [au bûcher] le 3 décembre par le vice-inquisiteur, avec l'autorisation du procureur général du Chapitre de Lausanne.

**Commentaires :** Les procès de François Marguet (SDS VD D/1 21 : ACV, Ac 29, p. 365–396), Isabelle Perat (SDS VD D/1 22 : ACV, Ac 29, p. 399–414), Marguerite Diserens (SDS VD D/1 23 : ACV, Ac 29, p. 349–364) et Pierre des Sauges alias Menetrey (SDS VD D/1 24 : ACV, Ac 29, p. 415–438) ont tous été intentés en 1498 au château de Dommartin et présidés par le vice-inquisiteur François Fossaud. Ils sont les témoins d'une nouvelle chasse aux sorciers menée à Dommartin, après la première vague soixante ans auparavant.

Le procès de Pierre des Sauges alias Menetrey occupe les pages 415 à 438 du registre ACV, Ac 29 ; les pages 416 et 435 à 437 ont été laissées en blanc. Les actes sont rédigés par le notaire André Thouacin et authentifiés à l'aide de son signet, tout comme les trois autres procès du dossier Dommartin 1498. Il est aussi l'auteur des titres et des notes marginales ajoutées tout au long des procès. Le dos du cahier (p. 438) contient un titre écrit à l'envers, d'une autre main, tandis que la page de garde du cahier (p. 415) contient une annotation de type comptable d'une troisième main inconnue.

### **1498 Processus Petri de Sauges alias Menetrey de Pullie luz Grant.**

/ [p. 416] / [p. 417]

### **Processus Petri deis Sauges alias Menestrey de Pullie luz Grant.**

[13 novembre 1498]

Anno Domini millesimo quatercentesimo nonagesimo octavo et die tresdecima mensis novembris [13.11.1498], Petrus deis Sauges alias Menestrey de Pullie luz Grant, ad clamam ...<sup>a</sup> in crimine heresis, fuit detentus in castro Dompni Martini, et coram venerabili patre fratre Francisco Fossaudi ordinis Predicatorum conventus Lausannensis, viceinquisitore<sup>b</sup> generali in dyocesibus Lausannensi, Gebennensi et Sedunensi auctoritate apostolica specialiter deputato<sup>c</sup>, fuit adductus dictus Petrus, omni vinculo carceris solutus, et per eundem dominum viceinquisitorem interrogatus et adjuratus super sanctis Dei euvangeliis de veritate dicenda, presentando eidem misericordiam Ecclesie, casu quo vellet confiteri crimen pro quo detinebatur.

### **Prima monitio canonica eidem Petro in forma juris facta.**

Primo interrogatus si sciat causam sue detencionis, dixit quod<sup>d</sup> sibi apposita manu desuper fuit ex parte fidei, videlicet pro crimine heresis.

Interrogatus si sit hereticus, dixit et respondit quod non, neque vellet esse. / [p. 418]

Interrogatus qui capiuntur pro fide, dixit quod illi qui negant Deum creatorem suum et Trinitatem.

Interrogatus quid faciunt heretici et qui negant Deum, dixit quod nescit.

Et ulterius non fuit interrogatus, sed per prefatum dominum viceinquisitorem fuit assignatus ad diem sequentem [14.11.1498], ad confitendum veritatem. Et hoc pro prima monicione canonica, presentibus reverendo in Christo patre domino ordinis Cisterciensis abbate Montheronis, venerabilibus et circumspic-  
tis viris dominis Stephano Sibillionis, Glaudio de Staviaco canonicis ecclesie Lausannensis, nobiles viris Johanne de Gumen, Guillermo de Gallera, domp-  
no Johanne Vuystonis cappellano et vicario dicti loci Dompni Martini, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[14 novembre 1498]

### **Secunda monitio.**

Anno quo supra et die quatuordecima mensis novembris [14.11.1498], preno-  
minatus Petrus Menestrey fuit ad locum auditorii coram prefato domino vice-  
inquisitore adductus, omni vinculo carceris solutus, et per eundem dominum  
viceinquisitorem interrogatus que opera faciunt heretici; dixit quod nescit.

Interrogatus si ipse unquam fuerit suspectus de heresi inter eius notos et  
vicinos, dixit quod nescit, nisi quod a tribus annis citra<sup>e</sup> vel circa [1495], in-  
tellexit et subaudivit quod eius vicini habebant eum suspectum de ipso crimine  
heresis. / [p. 419]

Interrogatus si unquam sibi fuerit impropertum per aliquem quod esset  
hereticus, dixit quod non, nisi per quandam vocatum Petrum Bechet habita-  
torem in Valle, qui dixit filio meo: « *Filz de voudeis!* », ex quo et propter quod  
ipse inquisitus eundem Petrum Bechet citavit Lausanne, et ibidem modicum  
litigaverunt; et fuit ordinatum quod ipse Bechet peteret sibi veniam. Item ulte-  
rius dixit quod Mermetus Sugniens semel Lausanne – sunt circa sex [1492] aut  
septem anni [1491] – etiam sibi inquisito impropertavit quod erat hereticus, et  
volebat eum quasi interficere.

Item ulterius dixit quod Roleta, uxor Petri des Sauges alias Menestrey junio-  
ris sui nepotis, est annus vel circa [1497] quod ipsa sibi dixit: « *Tu es<sup>f</sup> macheras* ». Et tunc ipse eandem dementitus est.

Interrogatus si<sup>g</sup> fecerit aliquam diligenciam de predictis impropertacionibus se purgandi, dixit quod non.

Interrogatus si unquam fuerit citatus nec interpellatus coram aliquo inquisitore<sup>h</sup> ratione dicti criminis, dixit quod non.

Interrogatus si unquam dederit minas alicui ex vicinis suis, deinde quod fecerit eidem aliquod malum, dixit quod non. Licet vicini sui uti Petrus Daugoz et Johannes Martini dicebant inter se non tamen in conspectu ipsius, quando eis moriebantur alicue bestie, quod ipse interficiebat.

Interrogatus si frequentaverit cum aliquo suspecto de dicto crimine heresis, dixit quod sic, cum Glaudio Adnar dictum *luz Magnyn* de Bocten, eundo et reveniendo Lausanne et alibi; sic quod quodam / [p. 420] semel Petrus Menestrey junior eius nepos sibi loquens impropere sibi, dicendo: « *Vous tregie troupe luz Magnyn* ». Item ulterius dixit quod<sup>i</sup> sepe frequentavit cum<sup>j</sup> Francisco Marguet<sup>j</sup> de Dompno Martino; tamen pro tunc non erat suspectus<sup>k</sup> de heresi.

Interrogatus si habeat aliquos malivolos in parrochia Dompni Martini et de Pullie lu Grant, dixit quod non, nisi illos qui eundem capi fecerunt, sed non in dicta parrochia Dompni Martini.

Interrogatus si noverit Franciscum Marguet, dixit quod sic.

Interrogatus si viderit facere dicto Marguet aliquem malum et inhonestum actum, dixit quod non.

Interrogatus si noverit Ysabellam relictam Johannis Perat de Peres parrochie Dompni Martini, dixit quod sic, quia alias fuit uxorata cum quodam ex parentibus suis ipsius loquentis; tamen non vidit facere eidem Ysabelle aliquem actum inhonestum. Ulterius non fuit interrogatus.

Unde ipse Petrus Menestrey inquisitus fuit ibidem convictus per dictos Franciscum Marguet et Ysabellam de Peres, qui in facie ipsius dixerunt eundem esse hereticum et esse de societate ipsorum, et fuisse cum eis in synagoga in Vallibus subtus castrum Dompni Martini, agendo et faciendo prout alii heretici, eundem deprecando ut confiteretur veritatem, petendo veniam et misericordiam Dei et Ecclesie, prout ipsi fecerunt. Quiquidem Petrus negavit ita esse.

Et ultra non fuit interrogatus, sed remissus ad diem sequentem [15.11.1498], promittendo sibi misericordiam Ecclesie. Et hoc pro secunda monitione canonica, / [p. 421] presentibus venerabilibus et circumspicis viris dominis Laurencio Curvillionis cellerario venerabilis capituli Lausannensis, Stephano Sibillonis, Glaudio de Staviaco canonicis ecclesie Beate Marie Lausannensis, nobili Johanne de Gumens, Francisco Jacaud castellano Dompni Martini, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[15 novembre 1498]

### **Tercia monicio canonica.**

Anno quo supra et die quindecima mensis novembris [15.11.1498], fuit dictus Petrus de Sauges alias Menestrey coram prefato domino viceinquisitore adduc-

tus modo quo supra et per ipsum interrogatus super dicto crimine heresis de veritate dicenda, ut infra.

Interrogatus primo si credat in Deum omnipotentem, dixit quod sic.

Interrogatus si credat quod sint demones, dixit quod sic.

5 Interrogatus si credat quod demones possint loqui hominibus, dixit quod non credit.

Interrogatus si demun unquam sibi loquutus fuerit, et ipse demoni, dixit quod non.

10 Interrogatus quid demun dixit hereticis, dixit quod nescit, nisi malum ; tamen nescit quod malum.

Interrogatus quod malum faciunt heretici, dixit quod nescit, excepto quod dici audivit quod heretici interficiunt gentes et bestias. / [p. 422]

Interrogatus ad quid interficiunt<sup>l</sup> gentes et bestias, dixit quod nescit.

15 Interrogatus quo vadunt heretici quando volunt conferre adinvicem, dixit quod dici audivit quod vadunt ad synagogam ad aliquem locum desertum.

Interrogatus si vadant ad synagogam die vel nocte, dicit quod nescit ; tamen credit quod vadunt nocte priusquam die.

Interrogatus quid faciunt in septa, dixit quod nescit quia non fuit.

Interrogatus si in septa sit ignis, dixit quod nescit.

20 Interrogatus si alter sibi impropereverit crimen heresis preterquam supranominati, dixit quod nescit, quia tanti impropereverunt sibi quod<sup>m</sup> non recordatur, excepto quod Johannes de Rospra inter ceteros sibi sepe impropereverit, plus de viginti vicibus a sexdecim annis citra [1482] ; de aliis non recordatur.

25 Interrogatus si purgacionem fecerit de huiusmodi impropereveracionibus, dicit quod non<sup>n</sup>.

Interrogatus a quo tempore fuit diffamatus de dicto crimine heresis, dixit quod sunt circa XV [1483] vel XVI anni [1482] quibus vicini sui ipsum diffamarunt de ipso crimine et ipsum suspectum habuerunt, ut sibi videbatur.

30 Interrogatus si frequentaverit in septis<sup>o</sup> sive synagogis hereticorum, dixit quod non. / [p. 423]

Interrogatus si noscat Margaritam uxorem Johannis Diserens de Peyres, parrochie Dompni Martini, dixit quod sic, quia cognovit eam jam, quando uxorabatur *A laz Malaz Palluz* parrochie de Asiens. Et eciam cognovit eam<sup>p</sup> in loco ubi nunc uxoratur, videlicet apud Peyres.

35 Interrogatus si unquam habuerat debatam cum ea et si velit sibi aliquod malum, dixit quod non.

Interrogatus si fuerit cum ea in aliqua secta hereticorum, dixit quod non. Ulterius non fuit interrogatus.

40 Unde ipse Petrus Menestrey inquisitus fuit ibidem convictus per dictam Margaritam, que in eius presencia et facie dixit eundem esse hereticum et esse de societate ipsiusmet<sup>q</sup> loquentis et aliorum hereticorum, et fuisse cum eis in si-

nagoga subtus castrum Dompni Martini, agendo et faciendo prout alii heretici, ipsum exortando ut confiteretur ipsum reatum et petat veniam Deo et Ecclesie<sup>r</sup>, prout ipsa facit. Quiquidem Petrus negavit ita esse.

Et ultra non fuit interrogatus, sed remissus ad diem sequentem [16.11.1498], promictendo sibi misericordiam Ecclesie. Et hoc pro / [p. 424] tercia monitione<sup>s</sup> canonica, presentibus dompno Johanne Vuystonis cappellano vicario dicti loci Dompni Martini, Francisco Jacaud castellano ipsius loci, Johanne Sovajat, Petro Silvestri gubernatoribus ipsius loci, Girardo du For, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[16 novembre 1498]

### **Repeticio dicti Petri Menetrey.**

Anno quo supra et die sexdecima mensis novembris [16.11.1498], fuit dictus Petrus Menestrey inquisitus coram prefato domino viceinquisitore adductus modo quo supra, et per ipsum super dicto crimine heresis interrogatus, ut supra, an vellet aliquid confiteri. Qui negavit se esse talem, videlicet hereticum, ut supra.

Ulterius non fuit interrogatus. Et hoc pro quarta monicione, sibi de gracia speciali et superhabundanter<sup>t</sup> facta, eundem assignando ad dietim [17.11.1498]<sup>l</sup>, presentibus quibus supra.

[21 novembre 1498]

### **Alia repeticio cum sententia interlocutoria.**

Anno quo supra et die vicesima prima mensis novembris [21.11.1498], fuit supradictus Petrus inquisitus per prefatum dominum viceinquisitorem interrogatus et admonitus de veritate dicenda super dicto crimine heresis. Qui Petrus respondit / [p. 425] se nichil scire super dicto crimine. Et tunc, hiis auditis, aparuit procurator sacre fidei contra et adversus dictum Petrum inquisitum, producens materias et processus coram prefato domino viceinquisitore, petens dictum Petrum Menestrey torquerii, donec veritas ab ore eius eruatur. Tunc prefatus dominus viceinquisitor dixit dicto Petro Menestrey an vellet aliqua proponere contra fidei procuratorem. Qui dixit quod non. Quo audito, actentis probacionibus per ipsum procuratorem fidei, dictus viceinquisitor tulit sententiam interlocutoriam in modum qui sequitur :

Christi nomine invocato, viso processu inquisicionali contra et adversus Petrum deis Sauges alias Menestrey hic presentem et nichil justii opponentem, visis perjuriis, variacionibus et obstinacionibus in ipso perseverantibus, munientes signo sancte crucis, dicentes : « In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen », ut de vultu Dei a quo omnis rectum procedit iudicium et oculi nostri viderunt equitatem, solum Deum pre oculis habentes, justiciam procurantes, sacre fidei pro tribunali sedentes, facta prius inquisicione potestati ordinarie, per hanc sententiam interlocutoriam quam de jurisperitorum [consilio]<sup>u</sup> seri-

mus in hiis scriptis ; pronunciamus, dicimus et declaramus te, Petrum deis Sauges alias Menestrey, delatum presentem<sup>v</sup> questioni corporali subiciendum et torquendum fore, donec et quousque ex tuo ore habeatur veritas, citra tamen mortis periculum, sanguinem effusionem et membrorum mutilacionem, de quo  
5 solemniter et expresse protestamur. / [p. 426]

Quaquidem sententia interlocutoria lata, dictus Petrus inquisitus fuit positus in cordam et, deposito a corda, interrogatus per dictum dominum viceinquisitorem super dicto crimine heresis, ipse Petrus inquisitus nichil confiteri voluit, sed fuit remissus ad diem crastinam [22.11.1498], presentibus venerabilibus  
10 religiosiis<sup>w</sup> fratribus Ludovico Vullierii priore conventus Monteronis, Johanne Panchaut ordinis eiusdem conventus, nobili Glaudio de Lavigniaco castellano de Berchie, Petro Jacaud, Girardo dou For, et Johanne Sovajat gubernatore Dompni Martini, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[22 novembre 1498]

15 **Alia repeticio**

Anno quo supra et die vicesima secunda mensis novembris [22.11.1498], fuit supradictus Petrus positus ad cordam et nichil confiteri voluit. Sed fuit remissus per prefatum dominum viceinquisitorem ad horam vesperorum, presentibus venerabili dompno Johanne Vuystonis cappellano vicario Dompni Martini,  
20 Francisco Jacaud castellano dicti loci, Johanne Sovajat gubernatore, et Girardo du For dicti loci Dompni Martini, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[22 novembre 1498, plus tard]

**Alia repeticio cum confessione / [p. 427]**

Anno et die quibus supra [22.11.1498], hora vesperorum, fuit per prefatum dominum viceinquisitorem predictus Petrus Menestrey interrogatus de veritate dicenda super dicto crimine heresis. Qui dictus<sup>x</sup> Petrus confitetur esse hereticus, prout inferius describitur.

Et dicit quod sunt viginti anni vel circa [1479] quod Franciscus Marguet et ipse inquisitus die una subtus ecclesiam Dompni Martini juxta *Le Couruz*  
30 cognoverunt simul carnaliter unum juvenum seu veram equam. Deinde dictus Petrus inquisitus venit cum dicto Francisco Marguet ad domum ipsius Francisci et ibidem reperit demonem in speciem hominis vestiti nigro, cuius nomen erat Robinet. Qui dictus demun dixit eidem Petro : « Si velis michi credere et facere ea que tibi dicam, faciam te divitem et dabo<sup>y</sup> tibi cotidie quinque solidos ». <sup>z</sup>-Et  
35 ait ille<sup>-z</sup> : <sup>aa</sup> « Quid vis ut faciam ? ». « Oportet quod tu neges Deum omnipotentem et virginem Mariam ». Quiquidem inquisitus ad vocem dicti demonis negavit Deum creatorem suum, sed non virginem Mariam. Et illico dictus demun se mutavit in speciem unius eque ; qui Petrus inquisitus obsculatus est eam sub cauda in signum homagii et eidem tradidit et dedit corpus suum sed

negatio Dei

non animam, licet volebat / [p. 428] eam habere. Et tunc idem <demun> peciit aliquid sibi dari de suo proprio corpore. Quiquidem inquisitus ad interpellacionem Francisci Marguet fuit contentus quod haberet unguam magnam pedis sinistri. Sed tamen non accepit unguam, sed momordit eum super pede, ut apparet signum morsus. Et confitetur idem inquisitus quod demun sibi tradidit quinque solidos ; qui illos posuit in bursa sua, sed paulo post nichil reperit. Et quadam die martis de sero, de jussu dicti demonis, post dies octo, cum dicto Francisco Marguet ivit ad sectam, videlicet subtus castrum Dompni Martini, in qua erat ignis persei colloris. Et ibidem reperit plures gentes comedentes panem, caseum et carnes, et bibeabant vinum. Et ipse cum ipsis ita fecit. Et dixit quod magister ipsorum ibidem erat in specie hominis.

secta

Interrogatus quas carnes ibidem comedebant, dixit quod inter ceteras comedebant carnes humanas, scilicet puerorum, quorum sapor erat dulcis. Et quod ipsi capiunt in cimisteriis dum sunt sepulti ; et relinquunt ibidem caput propter sanctum crisma, cum per eos in domibus eorum sunt nequati, et apportant corpora dictorum puerorum ad sectam, et ibidem comedunt ; tamen ipse nullos interfecit nec apportavit, ut dicit. Deinde comburunt ossa et faciunt pulveres cum quibus faciunt mori gentes et bestias. / [p. 429]

Interrogatus quid demun ipsis precipit in synagoga, dixit quod faciant omnia mala que facere poterunt. Et confitetur fecisse crucem in terra cum digito et illam calcasse pede sinistro. Item ulterius confitetur ad vocem demonis, fuerunt quatuor anni elapsi vel circa [1494], in uno Pascathe recepissee sacrum corpus Christi et illud reservasse et portasse una<sup>ab</sup> martis post in secta subtus castrum Dompni Martini et posuisse in una patella quam apportavit dictus Marguet, ad fricandum ; sed evanuit ab oculis eorum. Item confitetur quod post comestionem, homines habitant cum mulieribus modo sodometico. Et demun ipsis precipit quod faciant mori animalia. Et qui majora mala<sup>ac</sup> facit, stipendia habet a demone majora.

portavit  
corpus  
Christi ad  
sectam

Et ultra non fuit interrogatus, sed remissus ad diem sequentem [23.11.1498], presentibus Francisco Jacaud castellano Dompni Martini, Petro eius filio, Johanne Sovajat gubernatore ipsius loci, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[23 novembre 1498]

### **Alia repeticio**

Anno predicto et die vicesima tertia mensis novembris [23.11.1498], fuit interrogatus [Petrus Menestrey inquisitus]<sup>ad</sup> per supradictum dominum viceinquisitorem quomodo heretici / [p. 430] vocant virginem Mariam ; dixit quod vocant eam *Rossaz*.

Interrogatus cur non confessus est in primis monicionibus, dixit quod non potuit, quia demun eum tenebat ut non confiteretur, et in carcere sibi dicebat quod non crederet dicto inquisitori, quia ipsum defraudaret ; sed incontinenti

quod ipse inquisitus bibit aquam foncium, demun in eo nullam potestatem habuit, et illico confessus est.

Interrogatus quo[modo]<sup>ae</sup> ibat ad sectam, dixit quod demun sibi tradidit unum parvum baculum et unguentum in uno holobaustro ex quo ungebat baculum ;  
5 quo uncto, ascendebat super dicto baculo, dicendo : « *Vaz, de par le dyable, vaz !* ». Et immediate erat illuc. Et ibat libenter diebus martis.

Interrogatus in quibus sectis fuit, dixit quod in tribus, scilicet subtus castrum Dompni Martini, in furno de Monthobyn, et in siturno<sup>af</sup> Francisci Marguet. secte

Interrogatus de suis complicitibus, dixit vidisse in sectis et realiter cognovisse  
10 sepisper hos, videlicet Johannem Richar, Guilliemetam eius uxorem, Johannem Complices  
eorundem conjugum filium, Pernetum Jacaud, Franciscum Marguet, Ysabel-  
lam de Peres dictam Jolya, Margaritam uxorem Johannis Diserens de Peres,  
Francesiam Jacod de Sugniens, Girardum de / [p. 431]<sup>ag</sup> Madalena de Pullie Pic-  
t et eius matrem, Gladium Adnar *luz Magnym* de Boctent, Nycodum Carraz  
15 de Ruery, Jaquemetum Mermyouz de Berchie et Petrum Gley de *Villar luz Ter-  
reux*, necnon uxorem Petri Mandi Richar alias *Coquoz* vocatam *laz Coquessaz*,  
et quandam Johannetam de ultra lacum<sup>2</sup> habitatorem, cum dompno Johanne  
Girodi capellano qui alias morabatur apud Echallent sunt circa duo anni [1496],  
et Johannem Pillet de Sancto Cyriaco, comedentes, bibentes, et facientes omnes  
20 actus quos soliti sunt facere in dicta secta.

Interrogatus a quo tempore non fuit in secta, dixit quod a festo Beati Michaelis vel circa [29.09.1498], scilicet subtus castrum Dompni Martini ; et ibidem vidit omnes supradictos, preter<sup>ah</sup> dictum Nycodum Carraz de Ruery, quem non vidit a tempore quo recessit.

25 Et ulterius non fuit interrogatus, sed remissus ad horam vesperorum, presentibus quibus supra et dompno Johanne Vuystonis cappellano vicario dicti loci, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[23 novembre 1498, plus tard]

### **Alia repeticio**

30 Anno et die predictis [23.11.1498], hora vesperorum, fuit per prefatum dominum viceinquisitorem prefatus Petrus Menestrey interrogatus si unquam in confessione sacramentali fuerit confessus dictum crimen heresis. Dixit quod non. / [p. 432]

Interrogatus super maleficiis, dixit quod demun sibi tradidit unum halobau-  
35 strum repletum pulveribus ad nocendum hominibus et animalibus ; ex quibus maxime mori fecit unum bovem Petro Daugoz de Pullie luz Grant, est annus [1497], et unum alium Johanni Martini ipsius loci, sunt circa septem menses [avril 1498], ac unum alium Francisco Jacaud de Chardonay ; que sibi custodiebat Petrus Menestrey junior, eiusdem inquisiti nepos, ob despectum quod  
40 noluerat sibi tradere.



homicidi-  
um

Item confitetur dedisse ex illis pulveribus ad bibendum die festi Nativitatis Domini proxime lapsi [25.12.1497] de sero domi Panchaut Stephaneto Laciant ; qui immediate perdidit loquelam et vixit sine loquendo usque in festo <sup>ai-</sup> Omnium sanctorum <sup>-ai</sup> proxime lapso [01.11.1498] ; deinde ab humanis decessit.

homicidi-  
um

Item confitetur dedisse ad bibendum Anthonie uxori quondam Jaqueti Carraz de Pullie Pictet, sunt novem anni vel circa [1489], et languivit certo tempore, deinde mortua fuit, eo quod quodam semel ipse et Franciscus Marguet transierunt per locum ipsum de Pullie Pictet et ipsa noluit eis dare bibere. Et quadam alia vice qua reversi sunt, ipsa dedit eis, et tunc ipse dedit sibi ad bibendum, ex quo ipsa mortua est, ut supra.

homicidi-  
um

Item confitetur quod sunt octo anni vel circa [1490], in domo de Panchaut de Pullie luz Grant, dedisse ex illis pulveribus <sup>aj-</sup> ad bibendum <sup>-aj</sup> Petro Roz ipsius loci, ex quo mortuus fuit, ideo quod habuerat <sup>ak</sup> debatum de quadam decima. / [p. 433]

Item confitetur voluisse ponere ad sectam hereticorum vi et violencia quadam nocte, tenendo per brachium, Mermetam uxorem Johannis Laciant quodam semel. Sed ipsa noluit, sed ab eodem evasit.

Ulterius non fuit interrogatus, sed remissus ad diem sequentem [24.11.1498], presentibus quibus supra.

[24 novembre 1498]

### **Alia repetitio dicti Petri Menestrey alias de Sauges, cum conclusione dicti processus.**

Anno quo supra et die vicesima quarta dicti mensis novembris [24.11.1498], supradictus <sup>al</sup> Petrus des Sauges alias Menestrey inquisitus fuit per prefatum dominum viceinquisitorem iterum interrogatus super maleficiis per eum perpetratis et complicibus suis. Qui dixit et respondit alia nescire preterquam illa que superius dixit et confessus est.

complices

Preterquam de complicibus suis, dixit et confessus est vidisse et realiter cognovisse in sectis supradictis supradictos omnes, necnon Johannem filium dicti Francisci Marguet et eiusdem Johannis uxorem, agentes et <sup>am</sup> honorem ac reverenciam demoni facientes, prout supra dictum est.

Aliud dixit se nescire ; / [p. 434] sed juravit in manibus prefati domini viceinquisitoris super sanctis Dei euvangeliiis omnia superius per eum confessata fore vera, et eadem vult manutenere coram omnibus.

Tunc prefatus dominus viceinquisitor dixit prefato inquisito an vellet concludere processum et conclusionem imponere. Quiquidem Petrus Menestrey inquisitus rogavit <sup>an</sup> eundem dominum viceinquisitorem ut concluderet et finem imponeret dicto eius processui, submictendo se de non in contrarium veniendo, renunciando juribus, etc. Illico comparuit venerandus procurator sacre fidei coram eodem domino viceinquisitore, petens concludi dictum processum

et conclusionem fieri. Et tunc prefatus dominus viceinquisitor conclusit ipsum conclusio  
processus  
processum et finem imposuit, presentibus venerabilibus religiosis et fratribus  
dominis Ludovico Vullierii priore et Guichardo ordinis Cisterciensis et conventus  
Monteronis, necnon<sup>ao</sup> Francisco Jacaud castellano Dompni Martini, Petro  
5 Jacaud eius fratre, Girardo du For, Johanne Sovajat gubernatore, et pluribus  
aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

De dicti domini viceinquisitoris precepto

[Signature:] Andreas Thovacii [Seing/signé notarial] / [p. 435] / [p. 436] / [p. 437]  
/ [p. 438]

## 10 **Processus Petri des Sauges alias Menestrey super heresis crimine etc.**

Dompni Martini<sup>3</sup>

**Original:** ACV, Ac 29, p. 415–438; Papier.

**Édition:** Pfister 1997, p. 250–273.

**Littérature:** Reymond 1908, p. 11–12; Kieckhefer 1976, p. 91–92, 147; Félix 1986; Blauert 1989, p. 87–  
15 97; Pfister 1997, p. 107–130; Modestin/Utz Tremp 2003; Ostorero 2005, p. 368; Utz Tremp 2005c,  
p. 364–365; Pittet 2010, p. 207, 210, 215, 217; Ammann-Doubliez et al. 2014, p. 171.

<sup>a</sup> Lacune dans le texte source (2 mots).

<sup>b</sup> Suppression par biffage: inquitore.

<sup>c</sup> Corrigé de: deputatus.

20 <sup>d</sup> Suppression par biffage: ap.

<sup>e</sup> Ajout entre les lignes.

<sup>f</sup> Ajout dans la marge de gauche par une main du XX<sup>e</sup> siècle: X.

<sup>g</sup> Suppression par biffage: de.

<sup>h</sup> Suppression par biffage: coram aliquo inquisitore.

25 <sup>i</sup> Ajout dans la marge de gauche par une main du XX<sup>e</sup> siècle: X.

<sup>j</sup> Correction à la hauteur de la ligne, remplace: Glaud[io].

<sup>k</sup> Correction à la hauteur de la ligne, remplace: sp[ectus].

<sup>l</sup> Correction à la hauteur de la ligne, remplace: faciunt.

<sup>m</sup> Correction à la hauteur de la ligne, remplace: quia.

30 <sup>n</sup> Suppression par biffage: quod non.

<sup>o</sup> Correction à la hauteur de la ligne, remplace: sp.

<sup>p</sup> Suppression par biffage: ubi.

<sup>q</sup> Correction au-dessus de la ligne, remplace: ipsimet.

<sup>r</sup> Correction à la hauteur de la ligne, remplace: Eccles.

35 <sup>s</sup> Corrigé de: moniticione.

<sup>t</sup> Correction par-dessus, remplace: emter.

<sup>u</sup> Omission, complété(e) par analogie.

<sup>v</sup> Suppression par biffage: questionari.

<sup>w</sup> Correction par-dessus, remplace: relis.

40 <sup>x</sup> Correction à la hauteur de la ligne, remplace: dixit.

<sup>y</sup> Correction à la hauteur de la ligne, remplace: dab.

<sup>z</sup> Ajout dans la marge de droite.

<sup>aa</sup> Suppression par biffage: ad illa.

<sup>ab</sup> Suppression par biffage: po[st].

45 <sup>ac</sup> Suppression par biffage: mala.

- ad *Omission, complété(e) par analogie.*
- ae *Omission, complété(e) par analogie.*
- af *Correction par-dessus, remplace : soturno.*
- ag *Corrigé de : de.*
- ah *Correction à la hauteur de la ligne, remplace : pred.* 5  
*Correction à la hauteur de la ligne, remplace : beati Johannis.*
- aj *Corrigé de : ad bibendo.*
- ak *Correction à la hauteur de la ligne, remplace : hu.*
- al *Corrigé de : supradictus.*
- am *Suppression par biffage : facientes.* 10
- an *Correction à la hauteur de la ligne, remplace : dix[it].*
- ao *Correction à la hauteur de la ligne, remplace : necnon.*
- 1 *Le procès reprend le 21 novembre et non le 17.*
- 2 *Rive sud du Léman.*
- 3 *Ecrit à l'envers, au dos du cahier.* 15